

✠ In nomine domini nostri ihesu christi. Anno ab incarnatione eius Millesimo. Nonagesimo. octavo. Mense Iulii. Indictione sexta: Quia pro salute anime sue unusquisque fidelis ad superna debet vigilantibus oculis inspicere. et desiderare qualiter posset inferni penas evadere. et ihesu christo domino nostro sibi placato valeat ad eterna gaudia pervenire: Idcirco ego Robbertus de molina in presentia Iohannis iudicis. et aliorum plurimum bonorum subscriptorum hominum castri mei Sancti Iuliani. pro salute animarum parentum meorum. et pro remedio peccatorum meorum. offero. do. atque confirmo Monasterio Sancti Iuliani. in quo parentum meorum corpora sepulta esse noscuntur. et cui ad presens dompnus Guarnerius monachus monasterii Sancti Laurentii de aversa pro parte eiusdem ecclesie preest. ecclesiam sancti Pauli quam habeo in territorio castri mei sancti Iuliani. cum omnibus possessionibus suis Libris et pannis. que prefato Monasterio sancti Iuliani propinquior esse videtur. ad habendum. tenendum. possidendum. amodo et usque in sempiternum. Et ut supradicta offertio. datio. atque confirmatio firma permaneat in perpetuum. obligo me. et heredes meos omnesque successores meos per penam librarum duarum auri ipsi monasterio componendarum ipsam ecclesiam sancti pauli. cum omnibus possessionibus suis supradicto Monasterio sancti Iuliani. quod monasterio sancti Laurentii de aversa subditum est. defendere et antestare ab omni calumpniante persona. Nichil penitus. nullam omnino conditionem videlicet michi. vel meis successoribus de ecclesia ipsa reservans. Et insuper ut supradicta offertio. datio atque

✠ Nel nome del Signore nostro Gesù Cristo, nell'anno millesimo novantesimo ottavo dalla sua incarnazione, nel mese di luglio, sesta indizione. Poiché per la salvezza della propria anima ciascun fedele deve guardare alle cose superiori con occhio attento e ricercare in qual modo possa sfuggire alle pene dell'inferno e ottenere in pace con Gesù Cristo nostro Signore di pervenire alle eterne gioie, perciò io Roberto **de molina** in presenza del giudice Giovanni e di molti altri buoni uomini sottoscritti del mio castro di **Sancti Iuliani**, per la salvezza delle anime dei miei genitori e per il sollievo dei miei peccati, al monastero di san Giuliano in cui è noto sono sepolti i corpi dei miei genitori e a cui in presente presiede domino Guarnerio monaco del monastero di san Lorenzo di **aversa** per conto della stessa chiesa, offro, do e confermo la chiesa san Paolo che ho nel territorio del mio castro di **sancti Iuliani** e che risulta essere alquanto vicina al predetto monastero di san Giuliano, con tutti i suoi possedimenti, i suoi libri e panni, affinché sia avuta e tenuta e possieduta da ora e per sempre. E affinché l'anzidetta offerta, donazione e conferma salda rimanga in perpetuo obbligo me ed i miei eredi e tutti i miei successori sotto pena di due libbra d'oro da comporre allo stesso monastero a difendere e sostenere contro qualsiasi persona che la calunni la chiesa di san Paolo con tutti i sui possedimenti per il sopradetto monastero di san Giuliano che è sottoposto al monastero di san Lorenzo di **aversa**. Vale a dire, niente del tutto, nessuna condizione senza dubbio riservando a riguardo della stessa chiesa per me o per i miei successori. E inoltre affinché l'anzidetta offerta, donazione e conferma ottenesse la fermezza di una maggiore forza a seguito di mie preghiere domino Guarino

confirmatio maioris roboris firmitatem obtineret. ad preces meas Dominus Guarinus venerabilis abbas sancti Laurentii de aversa. habitis secum supradicto Guarnerio priore sancti Iuliani. et frate Gilberto priore sancte marie incerche. et fratre Raimfrido. et fratre Normanno. monasterii sui monachis. et me precipiente omnibus presbiteris Castri mei sancti Iuliani sibi astantibus excommunicavit volentes ipsam ecclesiam sancti pauli cum possessionibus suis supradicto monasterio sancti Iuliani. quod subditum est ut supra diximus monasterio sancti Laurentii de aversa. molestare. vel aliquo modo subtrahere tam presentes quam futuros. Et ut hec mea offertio datio atque confirmatio firma ac stabilis in perpetuum perseveret: presens scribunt te Adenulfum castri mei sancti Iuliani Notarium scribere rogavi. Actum In ecclesia sancti Iuliani.

✕ EGO QUI SUPRA IOHANNES IUDEX.

✕ Signum manus domini Robberti de molina.

✕ Ego aimo de trigentia testis.

✕ Ego Roggerius ponti . . . . . testis.

✕ Ego Paganus de rivo valido testis.

✕ Ego Iohannes savinus . . . . . testis

✕ Ego Petrus archipresbiter testis.

✕ Ego Iohannes grifo testis.

✕ Ego Landulfus filius gisolphi testis.

✕ Ego Iohannes deperto testis.

✕ Ego Iohannes adi testis.

venerabile abbate di san Lorenzo di **aversa** avendo con sé il sopradetto Guarnerio priore di san Giuliano e frate Gilberto priore di santa Maria **incerche** e frate Raimfrido e frate Normanno monaci del suo monastero e per mio comando presenti tutti i presbiteri del mio castro di **sancti Iuliani** scomunicò quelli che volessero, oggi o in futuro, molestare o in qualsiasi modo sottrarre la stessa chiesa di san Paolo con i suoi possedimenti al predetto monastero di san Giuliano che è sottoposto come sopra abbiamo detto al monastero di san Lorenzo di **aversa** molestare. E affinché questa mia offerta, donazione e conferma rimanga sicura e stabile in perpetuo chiesi di scrivere il presente atto a te Adenolfo, notaio del mio castro di **sancti Iuliani**. Redatto nella chiesa di san Giuliano.

✕ Io anzidetto giudice Giovanni.

✕ Segno della mano di domino Roberto **de molina**.

✕ Io **aimo de trigentia** teste.

✕ Io Ruggiero **ponti** . . . . . teste.

✕ Io Pagano **de rivo valido** teste.

✕ Io Giovanni Savino . . . . . teste.

✕ Io arcipresbitero Pietro teste.

✕ Io Giovanni Grifo teste.

✕ Io Landolfo, figlio di Gisolfo, teste.

✕ Io Giovanni **deperto** teste.

✕ Io Giovanni **adi** teste.